



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolæ per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Med. I. De primo actu caritatis erga Deum, sive de contemptu omnium  
rerum terrenarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48834)

Secunda est, quia laboratur pro re summè DEO desiderata, consequenda, si ergo Deus Beseleel spiritu DEI, Sapientia & intelligentia, & scientia in omni genere replevit (ut Exod. 30. legitur) ut tabernaculum materiale DEO gratum conficeret, quid non faciet ijs, quos elegit, ut ex animabus facerent templum DEI sanctum: infinities ei magis dilectum, quàm illud materiale fuerit? Tertia est, quia pro Christo legatione fungitur talis Religiosus vel Sacerdos, ut S. Paulus 2. ad Corinth. 5. de se dixit; quidni ergo omnia ad hanc legationem necessaria speret? an non audiet à Christo: *Ego habeo vobis os & sapientiam* &c. 2. Math. 10. Pari modo iurabit etiam considerare causas, ob quas extraordinarium præmium sperare possit Religiosus vel Sacerdos. Quarum prima est, puritas motivi, scilicet sola DEI Gloria; unde quò minorem mercedem accepit in ista Vita, tantò maiorem accipiet in altera. Secunda est, operum præstantia; nam, teste S. Dionysio, *opus divinissimum est, cooperari DEO in salute Animarum.* Tertia est, operum Varietas, & multitudo, quia talis Religiosi vita est quasi continuum opus misericordie, & quidem spiritualis, quæ longè præstat corporali. Quarta est, operis difficultas. Quinta denique est modus peragendi hæc opera, scilicet ex obedientia, qui mirè auget operis dignitatem. Quæ omnes causæ facient, ut meritò sperare possit Religiosus, se auditurum olim à Christo. *Euge ierue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam.* Math. 25.

Confidera III. Quàm efficacia sint hæc motiva ad spem tuam erigendam, & quomodo tu deinceps iisdem te ad maxima quæque opera, in tuam aliorumque salutem pattanda exercitare velis.

Pro IV. Die.

MEDITATIO I.

DE PRIMO ACTU CHARITATIS, SCILICET ERGA DEVM, SIVE DE CONTEMPTU OMNIUM RERVM TERRENARVM.

Punctum I.

Confidera I. Quantas causas habeas ad DEUM summè amandum. Omissis aliis tres tantùm has diligenter perpende

Instr. VIII.

Q 9

pende



pende. Prima est, quia ille solus bonus est, & fons omnia bonitatis; *Cur ergo* (ut cum S. August. te alloquat) *quæres permulta, quarens bona anima, & corporis tui? ama unum bonum, & satis est*: maxime cum omnes res conditæ, cum bonitatem illarum admiraris & appetis, illis Christi verbis Lucæ 18. te alloquantur: *Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi solus Deus*; Secunda est, quia ipse summè nollexit, ut beneficia creationis, Redemptionis, Vocacionis, Justificationis, Glorificationis &c. copiosè ostendunt, si quis injustus est secundum Ethicos, qui amantem non redam, quantum scelus erit, tantopere amantem non vicissim diligere: an non locum in tali habebit S. Augustini sententia exclamantis: *Domine, qui te non diligit, quia creatus est infernum meruit, sed qui te non diligit, quia redemptus est* (adde tu, quia vocat<sup>9</sup> justificatus est) *meretur, ut novus redemptus pro eo fiat*: Tertia est, quia in nullo alio objecto satisfacere potest, appetitus amoris nostri, hinc verè exclamavit S. August. *Fecisti nos ad te, Domine, & inquietum est cor nostrum donec requiescat in te*, scilicet quàm parùm globus potest implere vas triangulare, tam parùm totus mundus cor nostrum ad implendum triangulare, idèoque ad solam SS. Trinitatem captivam factum replere poterit.

Considera II. Cùm una ex his causis sufficeret ad charitatem nostram in DEUM excitandam, quàm pertinax illud esse debeat, quod triplici hac causa, velut triplici funiculo qui difficulter rumpitur, ad amorem suum in DEUM convertendum pertrahi se non sinit, nec persuaderi? an non de hoc corde verè dici potest, illud S. Pauli: *Si quis non amat Dominum nostrum IESUM Christum, anathema sit.* 1. Cor. 16.

Considera III. DEUM te ultrò ad suum amorem devocare invitare illis verbis Cant. 6. *Revertere, revertere, Sponsa mea, revertere, revertere, ut intuemur te.* An non expectateberis cum Sponsa: *Anima mea* (& cor meum) *locutus est mihi: Quia est* (in amorem DEI) *cùm dilectus meus locutus est mihi: Non vel nunc denuò cum S. Augustino exclamabis: Serio te amavi, pulchritudo tam antiqua & nova, serò te amavi. Ecce tu intus eras, & ego foris, mecum eras, & ego tecum non eram.* Colloquium ad SS. Patronos.



## Punctum II.

Confidera I. Sicut mulier illa 3. Reg. c. 3. noluit infan-  
 tum, quem generat, vivum dividi, ita DEUM etiam nolle  
 dividi per amorem cor tuum, quod ad se ſolum amandum  
 creavit: Hinc Thomas Kemp. l. 2. c. 7. ait: *Dilectus tuus  
 alius eſt natura, ut nolis alienum admittere, ſed ſolus ſult  
 te tuum habere, & tanquam Rex in proprio throno ſedere.*  
 Hinc DEUS ipſe quodammodo illis Chriſti verbis. Joan. 18.  
 creatas res deferendas adhortatur: *Si me quaritis, ſinite  
 me abire.*

Confidera II. Quam promptè & libenter valedicere de-  
 ceas omni creaturæ, ut amore DEI deinceps plenius frui  
 poſſis; quis enim non libenter guttulam aquæ relinqueret, ſi  
 pro ea fons dulciſſimi neſtaris offerretur? quis umbram non  
 promptè dimitteret, ſi ipſam ſubſtantiam poſſidere poſſet?  
 quis leproſam & turpem Concubinam non ultrò expelleret,  
 ſi formoſiſſimæ Virginis amore, conjugioque ſui poſſet?

Confidera III. Quæ creatura hætenus à te inordinate fue-  
 rit amata, & quomodo vel nunc illi valedicere velis, & dolo-  
 rem ex tali dimiſſione ortum illis Elcanæ ad Annam prola-  
 tis verbis, tibi que nunc velut à DEO dictis lenire: *Anima  
 mea, cur ſtes? aut quamobrem affligitur cor tuum? nunquid  
 ego melior tibi ſum, quàm decem, imò mille tales creaturæ?  
 Hæc ergo cum S. Auguſtino: Scio, Domine, quia malè mihi  
 præter te, non ſolum extra me, ſed in meipſo, & omnia  
 mihi copia, qua Deus non eſt, egeſtas eſt mihi, l. 13. Confell.  
 1. Colloq. ad B. V.*

## Punctum III.

Confidera I. Quanta felicitas tibi per hunc amoris actum  
 inventura ſit, cum enim omnes lites (& imperfectiones)  
 præter S. Jacobum, c. 4. ex concupiſcentiis noſtris naſcantur,  
 concupiſcentia autem ex opinione indigentia juxta Ethico-  
 ſum doctrinam oriatur, conſequens eſt, ut, ſicut per amorem  
 DEI omnia poſſides, ita mox indigentia opinio, atque adeò  
 concupiſcentia, & cum hoc omnis turbatio & pecca-  
 tum tollantur, quod præclare S. Thomas Kemp. l. 3. c. 37.  
 indicavit his verbis: *Tunc deſicient omnes vana phantaſia,*

Q9 2

con-



conturbationes iniqua, & cura superflua. Tunc etiam videtur immoderatus timor, & inordinatus amor moriturus tunc experieris verum esse, quod S. Bernad. in júbilo dixit: *Quem tuus amor ebriat, novit; quid IESVS sapiat, quomodo felix est; quem satiatur, non est ultra, quod appetat.*

Considera II. Quomodo hanc felicitatem opere ipsius pertax sint plures animæ DEUM sincerè amantes, præcipue Franciscus, diu nocturne in animo versans illud: *DEVS meus & omnia.* Item ille Monachus, semper etiam inter comestiones lætus, quia (ut ipse querentibus causam lætitiæ respondit) DEUM meum eripere nemo mihi potest.

Considera III. Quàm malè tu hætenus egeris, te feliciter ista privando, quàm justè ad eò exclamare cum Anna, Tobie Matre possis: *Omnia simul in te unò (ò mi Deus) habentes, te non dimittere debuimus à nobis.* Tobie cap. 10. *ergo vel nunc cum S. Davide Ps. 72. Quid mihi est in Cælo? & à te quid solui super terram? dic cum S. Paulo Rom. 8. Quis me separabit à charitate DEI? Et. Colloquium cum Christo.*

Pro IV. Die.

MEDITATIO II.

DE SECUNDO ACTU CHARITATIS  
VINÆ, NEMPÈ DE PVRA INTENTIONE.

Punctum I.

Considera I. Inter officia veri amoris non postremum meritò à SS. Patribus & Ascetis reputari, quod amor omnia sua obsequia & opera ad solum Amati honorem & beneplacitum dirigat, neque aliud pro labore suo præsumat exigat, quàm amato placuisse, id quod in amore, quo Religiosi DEUM amant, vel maximè locum habet; nam, testatur Bernardo, *suspectus est amor, cui aliud quid adipiscendi suffragari videtur.*

Considera II. An & quomodo tu hætenus per ejus purissimam intentionem tuam erga DEUM amorem declaraveris. Id ex sequentibus indicis facile colliges. 1. Si æquè in occulto exactè opera tua facias, atque in publicis coram alijs perficere consueveris. 2. Si perinde tibi sit